

Dñica xix. p' trinita.

tuum nimis. Quia mādātū charitatis ad omnes se extendit. Et sic longitudo mādātī est q̄ extendat se ad omnē differētiā tēporis. sic latitudo ad omnē psonā viatoris. vnde sicut aliquis non habet charitatem si pponeret i vna die sola peccare et nō in alijs benefacere. q̄ de sicut sibi latitudo istius mādātī. Sic ergo dicē dum est q̄ quilibet tenet diligere inimicū affectu elicto quo optatur sibi vita eterna et summu bonum. Sed optare cū affectu impato bona tēporalia et p̄speritatē transitoriam nō tenemur cuz sufficit non odisse vt videlz nō gaudeamus de malis eorū. Quia **Prover. xxiij.** **Si ceciderit inimicus tuus ne gaudeas.** Vt tamē sic diligere est p̄fectionis et superogationis. hec **Bonaue.** Septimo dubitat vtz maior sit p̄fectiōis diligere amicos q̄ inimicos? Rñdet **Thomas** i sc̄pto arti. iij. q̄ cuz de^o sit causa dilectionis p̄ximi iste due dilectiōes. scz amici et inimici possunt dupliciter ad inuicē cōpari. Vno mō ex pte p̄ximi q̄ diligit tunc cum amicus sit melior et magis coniunctus act^o dilectionis transiens sup eum est melior. et eius oppositum est deterius. s. odire amicum q̄ inimicum. et ex hac parte dilectio amici p̄minet dilectioni inimici. Secundo modo compātur ex parte eius quod ē ratio diligendi. et sic dilectio inimici p̄minet ppter duo. Quia dilectionis inimici solus deus ē cā et rō. Sed dilectionis potest esse alia causa et ratio. supposito q̄ vterq̄ p̄p̄ deū diligatur. fortior ostendit eē dilectio q̄ animū hominis ad remotiora diffūdit ad dilectionē inimicorū. sicut virtus ignis tanto ostenditur esse p̄fectior quāto ad remotiora diffundit suum calorem. Tunc sicut videmus q̄ idem ignis in propinquiora forti^o agit q̄ in remotiora. ita etiam feruent^o diligit charitas coniunctos q̄ remotos. et q̄tum ad hoc dilectio amicorū fm se considerata est feruentior et melior q̄ dilectio inimicorū. hec **Thomas** ad hoc dicit sanctus **Tho. q. iij.** Meritum consistit ex hoc q̄ voluntas ad finem efficitur. et ideo si comparemus actum talium dilectionum ad finē dilectio inimici magis ē meritorea. eo q̄ fm hoc exigit maiorem conatū et feruorem circa finē q̄uis dilectio amici sit magis intensa circa obiectum.

Dñica. xix. post trini. Sermo primus.

Ascendens iesus in nauiculā transfretauit et venit i ciuitatem suam. **Mat. ix.** In omni terminata via ē triplex progressus. videlicet a termino a

quo erit vt a domo vel ciuitate. deinde venit ad mediū. et vltimo ad accessus terminū. Sic moraliter talis ē in penitencia progressus. Diuina enī mediante misericordia p̄mo hō egreditur d peccato. et nisi dei misericordia medieret exire de peccato hō nequaq̄ posset. Quia dicit dñs p̄ p̄phetas **Osee. xij.** Perditio tua ex te. id ē. ex demerito tuo israel. tñ ex me auxilium tuum. Secundo p̄ mediū penitentie p̄greditur de virtute in virtutem. Et tertio cōsummato penitentie agone puenitur ad eterne beatitudinis p̄mum. figura **Exo. p.** totū legitur q̄ filij israel ducatu **Moyse** educti de egypto p viam rubri maris. et progressi sunt d loco ad locum p desertum ignis et nubis protectione tres dies. et ingressi sunt terram promissionis. **Iosue** eos ducente. Spūaliter filij israel ex euntes de egypto sunt fideles recedētes a peccato. Nam egyptus interpretatur tenebre. quia peccatores inuoluti sunt tenebris. S3 diuina luce illuminati cognoscunt periculū et fugiunt. Vnde **Grego. in moral.** Dei nos gratia diuinitus illuminat. cuncta mentis pericula manifestat. Ideo bene dicit q̄ ductu **Moyse** inde sūt educti. Nam **Moyse** famulus dei eductus a domino retulit populo mandatu dei. Sic quilibet predicator dicit populo mādātū dei et pericula peccatorum. vt sic educat d tenebris vitiorum. et progreditur in mediū virtutū. vt sic ductu tandem veri **Iosue** christi iesu intrabit in terras promissionis eterne. ideo exeam^o de tenebris vitiorum et ascendamus in nauem penitentie vt possimus venire in ciuitatem nostram videlicet eternam patriā. Ad qd hortatur **Bern.** in sermone quodaz. fugite inquit d medio babilonis. et saluate animas vestras. vt possitis de p̄terito agere penitentiā. et i p̄senti obtinere gratiaz et in futuro gloriā fiducialiter prestolari. Et hoc ad sensum mysticum dicunt verba p̄assumpta exemplo christi ascendere debem^o in nauē p̄nie. et nauigare in ciuitatē celestis p̄rie. In v̄b̄is allegati tria iubemur **primo** nauem subintrare. ibi. **Ascēdit.** **Secundo** mare transfretare. ibi. **Transfretauit.** **Tertio** ad patriam festinare. ibi. **Et venit in ciuitatem.** De p̄mo et secūdo est sciendū p sensu moralī p mare qd est transfretādum significatur p̄ns mūdus vt dictū est supra **ser. xij. s.** per nauem in qua mare istud est nauigandū significatur p̄sideratio mūdi. Nauis illa composita est ex quinqz lignis. qz quinqz p̄siderare debemus si mare huius mundi sine labe transire affectam^o. **prīmū** ē mundi vanitas. Quia **Eccl. i.** In mūdo ē vanitas vanitatu et omnia vanitas. Ideo dicit **Salomon Sap. v.** Transierunt

Sermo

Holograph leaf rrr und

hec omnia velut vmbra. vnde presens vita cō
parat vmbre. pp̃ tria. **P**rio pp̃ luminis indi
gentiaz. quia vmbra est lumen diminutū. **I**sto
modo in isto mundo aut vita lz sit aliquale lu
men cognitionis naturalis et etia3 fidei de deo
Ista tñ non est nisi vmbra respectu illi⁹ cogni
tionis. et scientie quā ī patria habituri sūt. ista
tamen vmbra fidei et noticia scripturaruz tan
te ē virtutis q̃ purgat mentē ab infirmitatib⁹
id ē. a vitij3 et a peccatis. **I**n cuius figura legi
mus **Act. v.** q̃ vmbra **P**etri qui iterpretatur
cognoscēs sanauit infirmos. virtute etia3 vm
bre **¶** **I**pm spūaliter p̃cipimus sicut fecit etiam
beata ṽgo **M**aria carnaliter. **Luc. j.** Spūssan
ctus supueniet ī te et virtus altissimi obumbra
bit tibi. **S**ecūdo vita p̃sens compa3 vmbre. p̃
pter frigoris assistentiā. **E**st enī loc⁹ magis frī
gidus in vmbra q̃ extra. **I**sto modo est in p̃e
senti seculo et vita frigiditas peccati et defect⁹
ignis aut caloris charitatē. **E**t sicut vmbre sūt
longiores versus vesp̃era3 q̃ ī meridie. ita de
licti et peccati vmbra semper plōgatur. et dese
ctus charitatis cordium humanorū versus fi
nem mundi augebitur. **Q**uia supabūdabit ini
quitas et refrigescet charitas multoruz **Dat.**
xxiiij. **E**t **P**iere. **vj.** dicitur. **D**e vob quia decli
nabit dies. et lōgiores facte sunt vmbre vesp̃e
ri. **T**ertio vmbra est apparētia corporis et nō
existentia. et ideo ī vita p̃senti aut mundo est
apparētia sollicitudinis in diuitijs. dignitati
bus et honoribus et non existentia. promittunt
satietatem et afferunt egestate3. **P**romittūt be
atitudinem et afferunt sollicitudinē. et ideo mē
tiuntur iste vmbre vt nos fallant. **Ecc̃i. xiiij.**
Quasi qui apprehendit vmbra et p̃sequitur
uentum. sic est qui tendit ad diuersa mendacia
Et sicut videm⁹ quando homo habet solem p̃
oculis et ante faciem suaz p̃iicit tunc vmbra
suam a tergo. **Q**uando autem habet solē a ter
go tunc habet vmbra suā ante se et corā ocu
lis suis ita q̃ vmbra et sol nō patiunt se ex vna
parte. **I**sto modo est moraliter de dilectiōib⁹
huius mundi aut vite que sunt quasi vmbra et
de sole iusticie qui est christus. **N**az ille qui ha
bet solem corā oculis suis p̃sentem illumi
nantem p̃ fidem et inflāmantem p̃ amorem. ta
lis indubitāter p̃iicit vmbra a tergo. quia
respuit et p̃temnit et paruipendit illecebras hu
ius vite. **S**z certe homines mundani qui chri
stum tradiderunt obliuioni et christuz p̃iice
runt retro3rum habent vmbra3 istas in cōspe
ctu. et quanto christus magis distat et elongat
ab eis. tanto eis vmbra vanitatis mūdane ma
ior apparet cum nihil sit. **C**ausa autem quare
luna eclipsatur in veritate est. quia intrat vm

xciii

is equal no matter where that

bzam terre. Ideo nunq̃ eclipsatur sed apparē-
 ter tm̃. Sic homines qui seruientes mūdo im-
 mergunt se vanitati mundane necessario p̃uan-
 tur lumine gratie frequenter p̃ peccatum mor-
 tale **Job. iij.** Obscurent eum tenebre ⁊ vmbra
 mortis. Ideo hortat̃ **Ambro.** Auertamus in-
 quit oculos nostros a vanitatib⁹ ne qđ ocul⁹
 videat anim⁹ ꝑcupiscat. Sed ⁊ mundi labili-
 tas. De qua **Sap. ii.** Exiguū est ⁊ cū tedio tps
 vite nr̃e. In quo vbo vt dicit **Bober. hol.** sup
 li. **Sap. lec. xiiij.** Describitur vita hūana a tri-
 bus. vicz a breuitate sue duratiōis cū diē. **Exi-**
 guū. A penaltate grauis afflictiois. ibi. cū te-
 dio. A labilitate ꝓtinue mutatiōis. ibi. tps vi-
 te nr̃e. **Primū** habet **Sap. ix.** hō infirm⁹ exi-
 guī tps. fm̃ **Job. ix.** qđ diē. **Tedet** aīaz meā vi-
 te mee. **Tertiū** **Eccl. xvij.** De mane vsq; ad ve-
 speram imutabit̃ tps. Quo ad p̃mūz ptz infir-
 mitas hōiūz mūdanoz ꝑsiliētiū longitudi-
 nē nō obstante breuitate. Quo ad scđm ptz fa-
 tuitas diligentīū amaritudinē nō obstante pe-
 nalitate. Quo ad tertiū etiā patet fatuitas dif-
 ferentiū mox rectitudinē nō obstante tēporis
 instabilitate. Et vere summa stulticia ē i iuuē-
 tute tempus ꝑsens expendere i peccatis. et de
 tempore futuro quod nō est nostz sperare vel
 spem habere. Ideo signat̃ dī. **Eccl. vij.** Ne im-
 pie agas multū. ⁊ noli esse stultus ne moriar
 in tempore nō tuo. Sed hortat̃ ap̃ls ad **Gal.**
vj. Dū tempus habem⁹ opemur bonū ad om-
 nes. senes. debiles ⁊ impotentes non habēt tē-
 pus cū nō sunt sui cōpotes. mortui trāsierunt
 tps suū. Et ideo nec senectus nec morbus nec
 mors expectanda sunt ad bñ viuēdū. s; statim
 est incipiendū cū tēpus nr̃m sit. Quia dicit po-
 eta. **Vita breuis casusq; leuis nec spes redeun-**
di. Quāta ferēs hinc tāta feras sit cura paran-
 di. Plura feras vt plura feras ne non seruisse
 peniteat. Dū nihil valeat iā penituisse. S; qđ
 plangendū est multi inueniunt ⁊ cōiter oēs de
 quoz quolibet verificat̃ illud **Job. xxxij.** De-
 dit dñs tps penitēdi. ⁊ ipse abutit̃ eo in super-
 biā. Et hoc ꝑquerit̃ p̃s. Tempus faciēdi dñe.
 dissipauerunt legē tuaz. Ideo tales labunt̃ cū
 mundi labili. Iux̃ illud **Gregorij.** Mund⁹ q̃
 amandū fugit ⁊ labimur cum ip̃sum sequimur
 Sed quia labentem retinere nō possumus cuz
 ipso submergimur quē tenemus. Tertiū ē mū-
 di vilitas. Quia omne qđ est i mūdo aut ē ꝑcu-
 piscētia oculoz aut carnis aut supbia vite. **J**
Job. ij. Ideo dicit **Bern.** Mūdus cur diligit̃
 i quo ē malicie plurimū. sapie modicū. vbi oīa
 vitiosa. omnia lubrica. vita operta tenebris ⁊
 obsessa laqueis. vbi piclirantur anime ⁊ corpo-
 ra affliguntur. vbi nihil nisi vanities ⁊ afflictio
 LL 4

Dñica xix. p^a trinita.

D spūs. Quartū est mundi mutabilitas. quia de mundo dicit ps. Mutabis eos et mutabuntur. Sūt enī fm naturales q̄tuor mutatiōis spēs videlz ad substantiā. q̄litate et quantitate et vbi. Ad substantiā dī de genere et corde. ad q̄litatez dī alternatio. ad quantitate augmētū et diminutio seu detrimētū. Ad vbi dī seorsū et deorsum antrosum et retrosum. dextrosum et sinistrosum. Moraliter loquēdo has mutatiōes cōtinet mūdus iste. Prima mutatio ē ad substantiā qz dī natiuitate ad mortē qz dī de genere et corde. s. nasci et mori. Quia Job. xiiij. Homo nat⁹ de muliere breuī viuens tempore. Glōsa tanq̄ de re fragili dicitur breuī viuēs tempore. quia aliq̄ animalia vt aues naturali cursu viuūt diutius. Scda est alternatio. qz alternat homo mille modis in p̄senti mundo aut vita. qz hic repletur multis miserijs. vt dicit Job vbi supra videlz nūc calore. interdum frigore. fame. siti et infirmitatib⁹. Propter qd dicit Bern. in medi. qz vita p̄s ē laboriosa et lachrymosa. vita corruptibilis et amaritudine plena. hāc homines tumidāt. dolores extermināt. ardores excant. aera morbidant. esce inflāt. ieiunia macerant. ioca soluant. tristicie consumunt. sollicitudo coartat. securitas ebetat. senect⁹ iucruat. infirmitas frangit. et mors deprimīt. **Dec Bern.** Tertia imutatio est ad quantitatem. et hec respicit diuitias mundi que augmentātur et diminuantur sepe fm resolutiōes fortune. dī hoc quidam phūs. Si inq̄t volum⁹ dicere veritatem non ppria sed mutuata vocare possumus que habemus. quia oēs cum in rota fortune volubili volitemus de diuitijs sepe i paupertatem mergimur improiise. Quarta mutatio est vbi videlicet sursum et deorsum. Hec mutatio respicit ad mūdi potestates. Videm⁹ enī qz qui primatuz tenebant in mundo subito deiciuntur i miseriam. Et qui i dextera florebat p potentiam cadunt per tristiciam ad sinistra. Ideo dicit Chrysos. super Matt^h. v. Semper grandis potestas maiori timori subiecta ē. Et in paupere Penrico libro. iij. dicit phia. Pro mouet iustos fortuna volubilis. vt quos scandere facit precipites ad ima vocet. Naz grauior ruit turris tumefacta. id ē. alta ruina. Et g. uius pulsat alta cypressus humū. Et ponit ibi exempluz de Alexandro dicens. Nonne feror macedo protectus ab hoste tyrāno. Corde venenat⁹ inter amica perit. De hac venenatione habetur plenius i historia Alexandri quasi in fine vbi legitur qz erat ex p̄ncipibus eius quidā nomine Antipater habēs duos filios Caspandorum et Iolum. quorum Iolus pincerna erat regis. Hic Antipater absente Alexandro

multa contra eum moliebatur. Cum autēz moraretur Alexander Babylonie. misit Antipater ad maleficum quendā. egitqz euz eo vt daret sibi venenosam potationem siue potionez vt non esset vas quod illum sustineret. fecitqz cantarellam ferream. et misit potionez in eam danqz filio suo Cassandro direxit euz in seruitio Alexandri. precipiens vt loqueretur fratri suo Iolo quatenus potionez illaz daret Alexandro. Accidit autem illo tempore vt percuteret Alexander Iolum in caput nō habentē caput. Unde dolore commotus iuuenis accepit potionez grato animo. Cum autē sedisset Alexander in conuiuio euz p̄ncipibus ac militibus suis. cepit iocūdari ac iocūdus esse vltra modum. In medio autem conuiuio cū ampliusqz letaretur. multaqz ad conuiuias loqueretur. subito potum sibi dare iubet. Iolus autē infectoz tāti mali ei porrexit venenū. Qui euz bibisset subito exclamauit voce magna q̄si aliquis misisset in secur eius lanceam. Paululus autē continens se et sufferens se surrexit a conuiuio. rogans p̄ncipes ac milites sedere et comedere et bibendo letari. Illi vero turbati vnam nimitur surrexerunt a mensa steteruntqz forinsecus vt viderent euentum rei. Alexander autem volens vomere quesituit pennam vt mitteret i guttur ad vomitum prouocandū. Iolus vero supradictus pincerna Alexandri inueniens pennam liniuit eam veneno et porrexit ei. Quam cū ille in guttur mitteret. magis ac magis vrgebat eum venenum. Et sic tandē mortuus est anno vite ei⁹ tricesimo tertio. regni vero duodecimo. Ecce qui nuper florebat p potentiam qualiter cecidit per miseriaz. Ideo dicit Petrus blesensis. Fallax quidem est mundus iste quem sequitur fallax dubi⁹. exitus horribilis. iudex terribilis. et pena miserabilis. Quātum est mūdi feditas. Propter quod dicit Esai. liij. Recedite recedite pollutum mundum nolite tangere. Et his dicit recedite. quia cum corde et corpore fugere debemus. Juxta illud prima Petri quinto. Fugientes inquit eaz que in mundo est corruptionem. Quare autem mundus sit fugiendus ostendit Augustinus dicens. Si delectat te mundus semper eris immūndus ergo habitet in te qui mundet. et eris mūdus. Si autēz non delectat te mundus non eris immūndus. et si es mūdus non permanebis in mundo ad minus mortaliter. Ne audies illud Iohannis. In peccatis nati estis. et in peccatū moriemini. Ecce habes quinqz cōsideratiōes ex quibus velut ex quinqz asseribus nauis ista componitur. Et sicut nouit dilectio vestra. qz quelibet nauis habet anchorā et funes p quos

S teneatur. Per anchoram moraliter significat spes mundanorum. De qua Salomon. Sap. v. Spes impij quasi lanugo que a vento tollitur et tanq[ua]m spuma gracilis que a procella dispergitur et disperdit. et tanq[ua]m fumus qui a vento diffusus est. et tanq[ua]m memoria hospitis vnius diei pretereuntis. Est enim primo spes impiorum. id est. prosperitas in qua sperant similis lanugini que a vento tollitur. Est autem lanugo illud quod stat super caput quarundam herbarum flore deficcato. et habet similitudinem aliquo modo ad lanam. ideo vocatur lanugo. Et hec quando est sicca statim ad ventu[m] modicu[m] tollitur. et relinquit extremitatem herbe quasi caput rasum. Secundo spes impiorum munda[n]orum e[st] tanq[ua]m spuma gracilis que a procellis dispergitur. Et spuma fm Britonem dicitur a spu[er]is. quia spuitur et extra proijcitur. Est autem sordes vndarum et generatur ex collisione aquarum ad inuicem. et superficie aque facile dispergitur a procella. Tercio similis e[st] fumo q[ui] statim a vento dissolvitur. Fumus eni[m] quanto amplius ascendit tanto magis deficit. et quanto magis diffundit et dilatat[ur] tanto citius dissipatur. Sic est de spe mundanorum. quia fm ps. deficient quemadmodu[m] fumus deficiet. Quarto spes impiorum. id est. prosperitas in qua sperant est tanq[ua]m memoria hospitis vnius diei pretereuntis. Hospes eni[m] qui t[em]p[or]e vno die manet in domo et statim recedit cito tradit obliuioni apud illos qui eum receperunt. sic est de prosperitate mundanorum. Sed funes moraliter sunt tres. Primus est dilectio diuitiarum. et hec causat in mentibus mundanorum sterilitate[m]. dissolubilitatem et grauitatem. Primo igitur ad modu[m] harene causat sterilitate[m] p[er] quam impediuntur ne libere fructu[m] faciant elemosinarum. Iux[ta] illud Eccl[esiastes]. v. Qui amat diuitias fructum no[n] capit ex eis. Quare. q[uod] sterilis manet teste **Pie**re. xxiij. Scribe virum istum sterile[m] qui snis diuitijs no[n] prosperabitur. Secundo deornatus amor diuitiarum causat in homine dissolubilitate[m]. Sicut lapides in harena sunt iter se diuisi si no[n] sunt coagulati p[er] coherencia[m]. Ita iter amatores pecunie et diuitiarum semper est diuisio. discordia et litigium vt patet p[ri]ncipaliter inter pastores **Abraam** et **Loth** Gen[esis]. xiiij. Tercio causant in eis grauitatem que e[st] appetitus t[em]p[or]ali deorsum. subtrahit eni[m] mente[m] a celestibus et facit ea inherere caductis. Quia et hoc p[ro]phet[is]at **Bernardus**. **A**cu inquit q[ui] paucos inuenimus qui a diuitiaru[m] laqueis liberari exultent. q[ui] multos qui dolent. q[uod] his modicu[m] irritentur. et adhuc quatu[m] possunt inuoluere se nitunt[ur]. Secundus funis e[st] delectatio peccatorum. s[ed] est funis no[n] manens. q[uod]

transeunte delectatio[n]e p[er]t[em]p[or]is solum manet. Dicitur eni[m] de simca q[ui] fugiens venatozem quado habet fetus illum quem magis diligit apprehendit inter brachia et fugit et alium dimittit. ille vero dimissus insilit in matrem sedens in collo eius. et velit nolit venatore fortiter prosequente symca fatigatur. fatigata vero fetum magis dilectum et charissimu[m] proijcit. Alius vero de quo no[n] curauit velit nolit insilit donec tam mater q[uam] proles capiatur. Et isto modo peccator et delectatione[m] tanq[ua]m duos filios h[ab]et quilibet peccator. delectatione[m] diligit. p[er]t[em]p[or]is odit. Mors e[st] venator p[er] qua[m] p[er]t[em]p[or]is insequit[ur] peccator sic testat[ur] moralis. Nam quocunq[ue] ingrederis sequit[ur] mors corp[or]is vmbra. q[ui] homo sperat se cu[m] delectatio[n]e euadere illa inter brachia. id est. inter intellectum et affectu[m] portat. Sed inceptibiliter peccatu[m] a tergo se collocat. et m[er]ez no[n] dimittit donec mors vel diabol[us] eu[m] capiat. et vtriusq[ue] astrigat. De hoc pulchre loquit[ur] **Bernardus**. i. li. d. p[ro]temp[or]u[m] mundi de anima peccatoris. Du[m] inq[ui]t libenter ac locutissime viuit in ista vita. deniq[ue] se victur[us] arbitratur ac multa in longa tempora disponit agenda subito rapit in morte[m] et improuise auferit a corpore. veru[m]tamen cu[m] magno metu magnisq[ue] doloribus sepatur. Veniunt eni[m] angeli assumere illam vt. p[er]ducant illam an[te] tribunal iudicis metuendi. Et tunc illa memoras opera sua mala que gessit. die ac nocte tremescit et querit illa fugere induciasq[ue] petere. et dicens. Date mihi vnius hore spaci[u]m. Tunc vero loquentia simul opa respondebunt et dicent. Tu nos fecisti. opera tua sumus. no[n] te deseramus sed semper tecum etiam p[ro]gemus ad iudiciu[m]. Acce[pt]it q[ui] p[er]t[em]p[or]is tanq[ua]m fili[us] que[m] odit peccator in morte fugiente eo in ipsum insilit. Et subdit **Bernardus**. de p[er]secutio[n]e demonum. Demones inq[ui]t horribili vultu atq[ue] terribili aspectu eaz terre bunt ingenti eam furore p[er]sequentur et comprehendent eaz terribiliter volentes retinere et possidere nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos et os aliosq[ue] corp[or]is sensus per quos egredi solebat et delectari in his exterioribus reuertetur ad se et videns se solam et nudam ingenti horrore concussam desperatione deficiet in se et cadat sub se. quia amore mundi et carnis voluptate dei amorem reliquerat delinquit a deo misera in hora tate necessitatis atq[ue] demonibus tradetur in inferno crucianda aut terrenda. hec **Bernardus**. Tercio est ambitio honoru[m]. Dicit eni[m] **Aristoteles**. vj. eth. q[uod] omnes appetunt honore[m]. et sic interdum plus appetunt mali honore[m] q[uam] boni. q[uod] t[ame]n e[st] inconueniens. q[uod] sola virt[us] facit ho[m]inib[us] dignu[m] honore. Nullus eni[m] prauus existens est dign[us] honore.

Dñica xix. post trinita.

quia virtutis p̄miū est honor. et attribuit bonis fm̄ **A**rif. iij. ethic. c. iij. In cuius figura narrat **Aug.** li. v. d. ciui. dei. ca. xij. q. romani antiquitus virtutē et honores sicut deos coluerūt. quibus duas edes siue duo templa statuerunt. sic ad seinuicem ordinata et coniuncta q. nullus posset intrare in templum honoris nisi p̄us templum virtutis intraret. in hui⁹ signū q. apud eos nullus reportaret honores nisi illum antea per virtutes meruisset. Et ideo dicit **Aristoteles.** iij. eth. c. v. Scdm̄ veritatem solus bonus honorandus est. Et ibidem dicit q. virtuti p̄fecte non est condign⁹ honor. Et apostolus ad **Roma.** ij. Honor et pax operanti bonum. Et quis honor debeatur v̄tuti sicut premium quoddam sufficiens. nihilominus tamē honor derogat virtuti dum mentē honorati nititur in superbiam eleuare. Et ideo ad istas pestem rationabiliter euitandā legi in gestis romanoz. q. triumphatori triplici honore exhibito vt dictū ē supra f. xc. A. ne tātis honoribus sublimatus obliuisceretur sui. triplicē molestia sustinere debuit illa die. Quia erat q. ponebatur vna cum eo in curru quedam persona seruilis conditionis aut vilis. vt daretur cui libet intelligi quantumcunq. vilis p̄ditionis esset veniendi ad talem honore si p̄bitate aut virtute se dignificare valeret. Secunda molestia erat q. ille seruus cum per vices sedentem in curru calophizabat dicens. Snotos olitos id est. nosce teipsum. et noli de honore tibi exhibito sup̄bire. Tertia molestia erat q. illa die licebat dicere cui libet impune opprobria in victorem. Cū **Julio** cesare reuertenti post multas victorias fuerunt grauissime cōtumelie dicte nulla penitus vltione sequente. quasi dicerent. **Eccl.** xj. In vestitu ne gloriaris iniqua. et in die honoris tui non extollaris. Est enim notandum. quis honor mundi non est appetendus. Quia dicit **Chrysos.** Qui desiderat p̄matum in mundo inuenit confusionem in celo. Et metrista dicit. Plurimū solent hominū puertere mores. Alii euertunt femina. sensus et honores. Est tamen honor prelatis et p̄ncipibus exhibendus. Dicit enī **Aristoteles.** v. ethicozū ca. vij. q. quilibet tenetur ei dare mercedem. q. pro se laboret. Sed prelatus vel p̄nceps laborat p̄ tota multitudinem. ergo danda est ei merces a tota multitudinem. Hec autem merces est honor et gloria. Iuxta illud. j. **Petri.** ij. Regē honorificate. Et concordat apostolus. j. **Tim.** v. Qui bene p̄sunt p̄sbyteri duplici honore digni sunt. maxime qui laborant in verbo et doctrina. Et dicit glo. duplici honore. vt videlicet eis obediatur et exteriora ministrētur.

Et iste dicitur honor subiectionis et obediētie. Et nō solum honor exhibendus est prelatis et p̄ncipibus. sed etiam omnib⁹ hominib⁹. Iuxta illud. j. **Petri.** ij. Omnes honorate fraternitatem et c. Et **Roma.** xij. Honore inuicē p̄ueniētes. His igitur habitis et visis quilibet nauē hui⁹ cōsideratiōis p̄t ascendere aut intrare. Primo cōsiderando mundi vanitatem qualiter oīs vanitas tāq. vmbra euanesceat. Scdo eius labilitatem qualiter cito deficit homo t̄ps penitētie p̄dit. Tertio eius vilitatem cōsiderare debet. q. i mundo nihil aliud nisi p̄ctm̄ existit. Quarto i mundo mutabilitatem. et quinto ei⁹ feditatem et c. et sic mare furibundū hoc poterit transire et ad celestē patriā p̄uenire aut nauigare. Ad quod perducatur et c.

De eadem dñica. Sermo secundus

Ascendens iesus in nauiculā trāsfretauit et venit i ciuitatem suā. et ecce offerebāt ei palyticū iacētē in lecto. **Matth.** vbi ē. Et scribūt naturales ignis ē elementū leuissimum. ideo locus ē ei superi⁹. h̄z enī naturaliter ascendere. Est tñ eius actiuitas tāta q. dū materia apta ei intrat seu appropinquat statim descendat vt i ipm̄ agat formā suā itroducēdo. Hoc patz de vaporib⁹ eleuatis vsq. ad speraz ignis virtute solari quos ignis descendens inflāmat. Spūaliter p̄ ignem itellige christum iesum dñm nostrū p̄pter certas ignis proprietates. Quia ignis ē lucidus calidus. leuis et subtilis. Sic christus est lucidus per clarā doctrinā. calidus p̄ infirmorum curationē. leuis p̄ terrenoz despectionē. et subtilis p̄ duroz penetrationē. De p̄mo habet **Job.** j. Erat lux vera que illuminat omnes hominē veniēte in hunc mundū. Et ipsemet dicit **Job.** viij. Qui sequitur me non ambulabit i tenebris. sed habebit lumē vite. Ego sum lux mundi. De scdo **Luce.** iij. legi. q. oēs qui habebant infirmos varijs lāguorib⁹ ducebāt illos ad iesum. at ille singulis man⁹ imponens curabat eos. De tertio patz q. ipse adeo terrena despexit et paup̄ fuit. q. vbi caput suū reclinaret nō habuit. **Luc.** ix. dixit qdā ad ipm̄. Sequere quocūq. ieris. Ait illi iesus. Volucres celinidos et vulpes foueas habēt. fili⁹ aut hominis nō h̄z vbi caput suū reclinet. De q̄rto patz q. exiit de sepulcro i die resurrectionis clauso manente illo **Job.** xx. ianuīs clausis ad discipulos dicēs. Pax vob. Isti⁹ qdē ignis spūalis dñi nostri locus naturalis ab eterno fuit et est in celis. Iuxta illud ps. Dñs i celo parauit sedē